



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quid sanguis & aqua?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

quod est pauire. Syriace est כרדיא quod loriam, peribolum significat.

V. 17. Baiulans sibi crucem, *קריבין אורט*, noster legit *אורט*.

De Golgatha apud Mattheum dictum est.

V. 19. Titulum Syrus vocat, *כרדיא* luchia, tabulam.

V. 24. Cuius sit. Græcus *εστυ* Plal. 21. 19.

QVÆSTIO II.

Quid tunica inconsutilis?

§. 1. **D**E eâ etiam abunde alibi dictum. Cyprianus, Alexander, Athanas. Ecclesiam dixerunt. De unitate Ecclesie Cyprianus p. 254. Hoc unitatis sacramentum, hoc vinculi cœcordie inseparabiliter coherentis ostenditur; quando in Evangelio tunica Domini Iesu Christi non diuiditur omnino, nec scinditur. Sed forticibus de veste Christi, quis ipsa potius indueret, integra vestis accipitur, & incorrupta atque in diuidua tunica possidetur. Et. Unitatem illa portabat de superiore parte veniente.

Augustinus eodem modo. Caluinus affingit nos Ecclesiam fingere sine Scriptura, cum non modo cum Scriptura, sed etiam cum sensu, & interpretatione Scripturæ vera, eam formemus.

VERSUS 21.

Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

VERSUS 27.

Quomodo Ioannes recepit matrem Domini in sua?

§. 1. **C**Aluinus Apostolos suas habuisse familias contendit; nam dicitur *eis tradita*. Syrus dicit: *Ad se*. Constat id falsum fuisse; nam *tradita*, Ierosolymis Ioannes non habebat, ea significatione, quam solam probat Caluinus. Sed erat siue apud hospitem notum, & discipulum, siue in conducto, quo in loco & matri Domini habitationem curabat, eique seruibat. Ita Augustinus, & refutarunt Caluinum etiam ipsi sectarii, inter quos Bullingerus. [Sed in qua lita matrem Domini Ioannes accepit? Non utique prædia, quæ nulla propria possidebat, sed officia quæ propria dispensatione exequenda curabat.] Hæc ille ex Augustino.

VERSUS 31.

Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbatho (erat enim magnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.

32. *Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo.*

QVÆSTIO I.

Cur ossa fracta?

§. 1. **D**Eponere eos qui cruci affixi essent ante noctem lex inebat. Deut. 21. 22. de quare dictum eo loco. Ea tamen 2. Reg. 20. 9. Nō videtur obser-

uata. Nec id Romanos fecisse constat, ut patet ex Lipsio, & nostro Gretsero de cruce. Quocirca hoc in gratiam Sabbathi petunt, ne maneat in cruce corpora, fiatque Sabbatho ad ea viuentia forte concussus, & curioforum atque inimicorum, atque etiam amicorum, & religio Sabbathi magni impediretur. Frangitur crura postulant, ne effugere possint, aut si aufertentur, viuere. Ita enim comminabant omnia, ut vitæ spes nulla esset. Vide Plinium 1. 11. c. 45. Verum de crucifragio consuli possunt auctores à me nominati.

VERSUS 34.

Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua.

QVÆSTIO I.

Quid sanguis & aqua?

§. 1. **C**Aluinus naturaliter aquam & sanguinem fluxisse commemorat. Hallucinat os ait esse quosdam, miraculum hic fingentes. Naturale est enim dum coagulat sanguis, amillo rubore fieri aquæ similem.

Notum est etiam membranâ quadam præcordiis vicinâ aquâ contineri. Verum ista minoris momenti sunt, quam ut mouere nos debeant. Constat sanguineo, bilioso, Melancholico, Phlegmatico humore venas viuentium impleri, eorum vero in sanguine effuso fieri aliquam paulatim separationem. At vero in sanguine cadauerum, non nisi longo spacio id fieri solet. Nam in vasis naturalibus etiam vitæ euacuat diu feruatur integra sanguinis natura: quo experientia quotidiana nos edocet: non igitur iam sanguinis in corpore Domini facta fuit coagulatio, imo cum illa separatio humorum quæ apparet in sanguine post venæ sectionem sit corruptio, non est tribuenda sanguini Domini ne quidem iacentis in sepulchro. Sed vitæ caro eius non sensit corruptionem, ita nec sanguis. De membranula quam Caluinus recenset, fabulam esse existimant, nusquam enim in corpore bene constituto talia reperta sunt. Ex latere autem Christi foras sanguis & aqua effluerunt, ut videri oculis etiam possent.

§. 2. Cum vero Scriptura sanguinem & aquam nominet, non debet animus cuiusquam tam esse à veritate alienus, ut coagulatum sanguinem interpretetur, qui calore perderit. Non enim vocatur sanguis & aqua, sed sanies, aut corruptus sanguis, nec aqua, nisi omnia liquida aquam vocare placeat, nec ideo cur pituita, aut biliosa potius aqua appellari debeat, quam cætera quæ *quæ* sunt, ut oleum vinum, albugo & vitellus oui. Quod si sanguis proprie dictus & incorruptus fluxit, colorem ille, cæteraque sanguinis propria retinuit. Aquam igitur pari modo proprie dictam, non corruptam saniem accipere oportet. Mysterium vero ductum sacramentorum fluxus inde, omnes Patres, & multi sectarii consentunt, Baptismi, & Eucharistie.

§. 3. Nec Catholici reprehendi debent, quod in sacrificio aquam vino misceant. Nam quod hic Caluinus calumniatur, quod etiam Rudolphus Gualteri argumentatur, non ideo miscendum vino aquam quod in cruce de latere Domini fluxerit. Alioqui posse sine pane sacrificium peragi. Nullam vim consequentiam panis in cena vltima, non in cruce fuit. Nos alia causa nitimur, sed tamen nec hanc reicimus. Maximè hinc probant veteres veram aquam, qualis in baptismo, & verum sanguinem. Cyprianus seu auctor de passione p. 487. De latere tuo fons egreditur in vitam æternam proficiens; & de eadem consubstantialisque originis, dicitur.

ne, diuisis limitibus aqua & sanguis emanant ad complemen-
tum, perfectionem totius iustitiae, sacramenta perpetuum du-
ratura, & fontis illius libertas, perenni lapsu vniuersam Ec-
clesiam irrigat, & fecundat.

Et in expositione Symboli, quae Rufino tribuitur,
pag. 52. Scribitur Iesus in latere percussus aquam simul &
sanguinem profudisse. Hoc quidem mysticum est, ipse enim li-
xerat, quia flumina de ventre eius procedunt aqua vitae, sed
produxit & sanguinem, quem petierant Iudaei venire super se,
& filios suos, produxit ergo aquam quae credentes diluat: pro-
duxit, & sanguinem, qui condemnet incredulos.

Et ergo ita consentanea quadam, non tamen con-
uincens ratio, ut aqua miscetur vino; imo nobis in
memoriam reducit, ut totam passionem ita esse san-
guinem cum aqua profudimus. Ideoque causa illa ad qui-
busdam adfertur, non cur oporteat absolute fieri, sed
cur recte fiat, nimirum ad mysterium illud significan-
tius exprimentum.

Miscebant
vinum.

§. 4. Vinum ita quae mistum aqua offerimus, quia sic
Dominus fecit. Constat satis omnium iudicio, meta-
cum seu *mixtum* purum vinum in aqua non solum
ab hominibus temperate viuentibus in Iudaea & mul-
tis Graeciae locis, bibi, adeo ut *mixtum*, & miscere
perinde sit ac infundere, non enim sine temperata
aqua tam calidum Palaestinae vinum bibebatur. S. Cy-
prianus epistola 63. huc adducit illud Prouerborum 9.
Maclauit hostias, inquit, p. 144. *miscuit in cratera vinum
suum, & parauit mensam suam, &c.* Bibite vinum quod
misi uobis. Vinum mistum declarat, id est, calicem
Dominici, aqua & vino mixtum, prophetica voce praen-
unciat; ut appareat in passioe Dominica id esse ge-
stum, quod fuerat ante praedictam.

In dene-
gatione.

Et deinde: *Quid si & a Domino p. 145. Et ab apostolo
eius hoc idem confirmatur, & traditur, ut quotiescunque bibe-
ritis, in commemorationem Domini, hoc faciamus, quod fecit
& Dominus, inuenimus non obseruari a vobis quod manda-
tum est, nisi eadem quae Dominus fecit, nos quoque faciamus,
& calicem Domini, pari ratione miscentes, ad diuino mysterio
non recedamus.*

Et primo post: calix utique inebrians vino mistus est. A-
liud etiam mysterium exponit in mixture vini & a-
qua pag. 146. In aqua, ait, populos intelligi, in vino san-
guinem Christi. Quando autem inquit, in calice vino aqua
miscetur, Christo populus adiungitur, & credentium ei in quem
credidit, copulatur, & coniungitur. Quae copulatio, & con-
iunctio aquae, & vini sic miscetur in calice Domini, ut commi-
xtio illa non possit, ab inuicem separari.

Cypriani sententiam probat Augustinus de doctri-
na Christiana l. 4. c. 21. Beatus sub illo genere dicendi
vitae in eo libro, ubi de sacramento calicis disputat.
Solutur quippe ibi questio, in qua quaeritur, Verum calix Do-
minicus aquam solum, an eam vino mixtam debeat habere.
Sed exempli gratia aliquid inde ponendum est. Post princi-
pium ergo Epistole iam soluetur incipiens praeposita quaestione.
Admonens autem vos sciatis, inquit, ut in calice offerendo Domi-
nica traditio seruetur, neque aliud fiat a vobis, quam pro vobis
Dominus prius fecit, ut calix qui commemorati one eius offer-
tur, vino mistus offeratur. Et libro de Ecclesiasticis dogmatibus.
In eucharistia non debet pura aqua offerri, ut quidam sobrie-
tatis saluatur imagine, sed vinum cum aqua mistum.

Eidem habent concilium 3. & 4. Carthaginensia,
quae praesente Augustino habita sunt, quae aqua & vi-
ni mixturem semper requirunt.

In ege-
ria.

§. 4. Theophylactus hoc loco vitum contra Arme-
nios, qui aquam vino non miscbant. *Αγαθὸν ὡς οἱ
Αποστόλοι πρὸς Ἀλεξανδρίους ἐδιδόσαντο τοῖς πνευματικοῖς,
ὡς ἡ μὲν ἕσθαι (ὡς ἔοικεν) ἐστὶν ἡ δὲ οὐκ ἐκνεύειν τὴν ἀδελ-
φείαν τὴν ἐκδοκίαν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν. Ἐρυθρὰν ἄρμε-
νίαν, non miscentes aquam vino, in mysteriis, non enim credunt,
ut apparet, aquam de latere fluxisse, quod est magis praeter op-
tationem, sed solum sanguinem.*

Itaque nobis profant probra Rudolphi, cum ait.
[Quod vero Papistae, hinc suum morem sumpsere, quo
vinum in coena mystica, vel potius mella sua di-
luunt, adeo friuolum est, ut vix mereatur, aliquam
confutationem.]

Nullam profecto meretur confutationem: sed ca-
uillator moris sancti, moris antiqui fustuarium mere-
tur. Nam in orientalibus morem concedit Wolffg.
Musculus in locis communibus de coena Domini. De-
inde quanta impudentia est, morem irridere, qui non
apud veteres modo inuenitur, quos citauit. Sed est in
liturgiis pene omnibus expressus, Petri, Iacobi, Mar-
ci, Clementis l. 8. constit. c. 12. Basilij, Chrysostomi,
Aethiopum. Idem testatur Iustinus orat. ad Antoni-
num, consuetudinem esse in Ecclesia, at ille anno 160.
scripsit, & ante eum Alexander Papa anno 110. epist. 1.
In sacramentorum oblationibus, quae inter missarum sollemnia
Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, ut eius cuius
corpus, & sanguis conficitur, passio celebretur. Ita ut repulsis
opinionibus superstitionum, panis tantum, & vinum, aqua
permixtum in sacrificio offerantur, non debet enim, ut a pari-
bus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice Domini, aut vi-
num solum, aut aqua sola offerri, sed utrunque permixtum,
quia utrunque ex latere eius in passione sua profudisse legitur.

Iulius Papa anno 336. Ambrosius de sacramentis
c. 4. l. 4. & l. 5. c. 1. & in liturgia. Hieron. in c. 14. Marci.
Augustinus traet. 20. aqua illa salutare temperat poculum.
Eucherius Lugd. de paschate, & omnes qui secuti sunt.

§. 5. Inter ceteras causas fuit haec vna, quae nobilif-
simum virum Nicolaum Villagagnonem mouit ut a
Caluinistis recederet. Libro ad articulos quosdam
Caluinistarum, c. 73, multis probat argumentis.

Merito igitur homo improbus fastibus non argu-
mentis conuincendus, qui nobis ritam illum velut
impium objicit, quem a temporibus apostolorum, im-
mo ab ipsis apostolis accepimus: Id vero maxime,
quod magno suae haereseos detrimento, omnes vete-
res Papistae appellat, quae in te suam nouitatem, no-
stram antiquitatem probare cogitur. Nec contemnen-
dum est, quod hoc Ecclesia faciat licet in scriptura
praecipuum non habeat, sed id fecisse dominum ex
traditione credat, & ex communi omnium more, quo
vinum aqua temperabant, ut supra dixi. Non modo
apud Hebraeos, sed Graecos etiam, ubi maior erat po-
tandi, hoc est Graecandi licentia, & vinum natura de-
bilitius, in vitio erat *mixtum* merum, & meracum bibere.

§. 6. Quod militem illum lancearum nobis Cal-
uinus objicit, non moramur; apocryphorum sunt ta-
bulae. Verior historia centurionem Longinum appellat.

VERSUS 37.

Et iterum alia scriptura dicit, Vide-
bunt in quem transfixerunt.

QUESTIO I.

Quis sensus horum verborum: videbunt, in
quem confixerunt?

§. 1. Verba sunt Zachariae 12. 20. Et effundam super
domum David, & super habitatores Ierusalem, spi-
ritum gratiae, & precum, & aspicient ad me, quem confixe-
runt. Et plangent eum placenti quasi super unigenitum, & do-
lebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.

Duplex est interpretatio. Quidam de vindicta
sumenda loqui Christum putant, alij vero de mi-
sericordia exhibenda crucifixoribus. Constat au-
tem quod in Hebraeo est *וירא* de hoc milite in-
telligendum qui *וירא* percussit, seu confodit. Set-
tuaginta interpretum exemplaria pleraque habent,